

CHRISTOPHERVS COMES A SCHUUARTZENBURG.



Christopherus ex illustri familia baronum de Schuuartzenburg natus fuit. Hunc parentes in optimis literis educandum præceptoribus tradi derunt, atq; omnis generis uirtutibus imbuendum curauerunt. Erat enim felici ingenio & optima indeole præditus. itaq; factum ut in uirum clarissimum euaserit, atq; sibi magnū nomen apud principes & nobiles compararit. Nam cum ipse pietatē amaret & uirtutes excoleret, author quoq; nobilitati fuit, ut suam originem considerarent, atq; uitijs relictis uirtutibus incumberent. Multi etiam fuere, qui huīus uiri autoritatem securi eius monitis obtemperarint. Vnde eius etiamnum apud Germanos celebris memoria extat. Reliquit Christopherus filium Ottонem Heinricū patri quam sim limum. Itaq; Bauariæ dux eundem Archipræfectum suæ editionis constituit, atq; res magnas indies expediendas committit, quas ipse etiam hodie magna dexteritate perficit. Anon.